



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

80. Tria Una.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 79.

Tria Epitheta vera Charitatis. 1. Tim. 1.

CRedite Christiades, verus quo pectora fervent.
 E cordis puro fonte resultat, amor ;
 Nec mundi immundi, nec sint contagia carnis
 Nec tua spurce puer tela Cupido gerat ;
 Nec sit ficta fides, sit mens tibi conscia recti,
 Hic summæ Monadi perplacet unus amor.

SYMBOLUM 80.

Tria una. ad Eph. 4.

Unus Deus, una Fides, unum Baptisma. In hunc locum S. Chryf. aliàs tom. 4. pag. 955. Unus Deus, una fides, unum Baptisma. Ecce spes fidei. Unus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & intelligitur Deus. Pater, & per omnia, intelligitur Filius, & in omnibus, scilicet, spiritus S. Ita quoque Hieron.

UNicus in solio Rex, sol ut solus in astris,
 (a) Unicus in cœlis est Deus, una Trias,
 Quæ canitur fidibus, chordis e corde sonoris
 Una viget toto floret & orbe fides.
 Securo in portu sisti mens æstuat? una
 Munda sacri fontis provehat Unda ratem.

(a) Attalus Martyr a tyranno per contemptum rogatus quod nomen Deus noster haberet Respondit: qui plures sunt, nominibus discernuntur; qui autem unus est, non indiget nomine; Euf. lib. 6. Hist. cap. 3.

SYM